

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula IV. Genus est latius specie

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

prehenditur numerus; sed apprehensō nūmerō non necessariō apprehenditur binarius, cùm binarius non ita includatur in conceptu numeri, sicut numerus includitur in conceptu binarii; eademque est ratio magnitudinis, respectu lineaꝝ.

## REGULA IV.

*Genus est latius specie. Aristoteles*

*IV. Top. cap. I. §. 9.*

I. Genus est latius speciebus singulis, sive specie quālibet per se sumtā: ut, animal est latius homine, & virtus latius patet quam temperantia. Speciebus verò omnibus simul sumtis genus non est latius, sed cum iis reciprocatur: ut animal cum homine & bruto.

II. Hinc colligitur, ut Aristoteles *ibid. adit.*, opinabile non posse esse speciem entis, quia ens non est latius opinabili, sed opinabile potius est latius ente, cùm & quod est, & quod non est, opinabile sit. Ciceron *i. Tusi.* vocem ἐντελέχεια apud Aristotelem scribit significare continuatam motionem & permanentem. Hanc explicationem Ciceronis non admittit nostra Regula, quia apud Aristotelem *III. Phys.* ἐντελέχεια est genus motus. Definit enim motum per ἐντελέχειαν tanquam per genus, quod Aristoteles facere non posuit.

missit  
Genus  
motio  
motu,  
Vide I

Specie  
tura

I. C  
niunt  
dividi  
natura  
solūm  
talis g  
bruta.  
specie  
natura

II. S  
in h. l.  
magis  
cies; a  
Porph  
ram un  
jus n  
Gionen

trisset, si ἐνταξεῖτο pro motione accepisset. Genus enim est latius specie. At motio, vel motio continua & perennis, non est latior motu, cum motio potius idem cum motu sit. Vide Monlorium in quast. de ἐνταξείᾳ.

## REGULA V.

*Species est collectiva multorum in unam naturam, & adhuc magis genus. Porphyrius cap. de genere & specie*

§. 37.

I. Omnia Individua unius speciei conveniunt in ipsius speciei naturā: ut, omnia individua humana in naturā humanā. Sed in naturā generis conveniunt individua non solum unius speciei, sed omnium specierum talis generis: ut omnes homines & omnia bruta in naturā animalis. Et hinc est, quod species elicetur collectiva multorum in unam naturam, genus autem magis.

II. Sed audiamus Cajetanum in commene: in h. l. Inquit ita: Circa illud dictum: Genus est magis collectivum in unam naturam, quam species: dubitatur, quia oppositum dicere debuisset Porphyrius. Illud enim est magis in unam naturam unitivum, quod in se est magis unum, & cuius natura unitate retenta minorem distinet. Cionem res illius natura inter se compatiuntur.

SS 4

Sicut